

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Milicia ac cum uariis

Hodie militaris disciplina, quam Vegecius Renatus et plerique alii docuerunt, prorsus euanuit. Olim se iuramenti uinculo milites obligabant quod starent pro rei publice statu, quod in acie non fugerent, et quod uite proprie utilitatem publicam prehaberent, sed et hodie enses suos recipiunt de altari ut profiteantur se filios ecclesie atque ad honorem sacerdocii, ad tuitionem pauperum, ad uindictam malefactorum et patrie liberationem se gladium accepisse. Porro in contrarium res uersa est. Nam ex quo hodie militari cingulo decorantur, statim insurgunt in christos Domini et deseuiunt in patrimonium crucifixi. Spoliant et predantur subiectos sibi pauperes et miserabiliter atque inmisericorditer affligunt miseros ut in doloribus alienis illicitos appetitus et extraordinarias impleant uoluptates.

Idem in epistola.

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V¹ V² L¹ L²):

euanuit] et se in quandam delinquendi libertatem, et scurilitatis speciem deformauit *add.* V² L¹ L²; olim] enim *add.* B C P V¹ V² L¹ L²; iuramenti uinculo] uinculo iuramenti M; fugerent] fugarent V¹; uite] in te (*cor. intra*) M; et *om.* C; hodie] tyrones *add.* V² L¹ L²; ut] et M; ad *om.* V² L¹ L²; res *om.* V² L¹ L²; res uersa] repressa P V¹; deseuiunt] deseruiunt M; patrimonium] erit *add.* (*del. sub lin.*) C; sibi] Christi V² L¹ L²; inmisericorditer] misericorditer (*cor. supra lin.*) C; uoluptates] voluntates L¹ L²; idem in epistola] ibidem V² L¹ L²; epistola] quadam sua *add.* P V¹